

1343 Ethonico Vitodurani Contemporanei
 in Tom. 1. Script. Medii Aevi. Eckardi fol. 1874.

47

His temporibus quemadmodum fide digna me infor-
 mavit relatio, Cruciferi dominantes longe lateque
 in provincia Prusena, Regni Regis Litaonia mag-
 nam partem potenter per bella, quae sibi intulerant,
 auferentes, in suum dominium redegerunt, quomodo
 ut rehaberet, ipsis fidem catholicam recipere firmi-
 ter pollicebat, Quod dum facere recusarent, Rex
 Litaonia aiebat, in hoc lucentes comprehendendo, quod
 non meam fidem, ut simulant, sed pecuniam appe-
 tunt, & ideo in paganismo perseverabo. De his Cru-
 cifervis verbum lamentabile, etsi ita est, fidei ortho-
 doxae penitus inimicum, quod absit, enarratur, quod
 omnes paganos, quos per bella sibi tributarios
 efficiunt, malunt in suo paganismo remanere
 sub eorum tributo, quam a tributo eorum exemptos,
 ut devote flagitabant, vel adhuc hodierna die fla-
 gitant, fieri Catholicos fidei professores: quem arti-
 culum per multos annos Archiepiscopus Rigo-
 nensis de ordine Fratrum minorum existens,
 litigans cum eis, pro quadam terra, apud summos
 Pontifices contra ipsos excepit. Tametsi etiam,
 ipsos non solum terras Principum infidelium
 invadere, sed etiam fidelium, sicut Regis Cracoviae
 cui violentes abstulisse, fertur, duas terras, Qui
 licet sit Rex fortis & potens, tamen se nequit
 defendere ab eis, nec terras ademptas de manibus

1878
1877
eorum eripere usque in hodiernum diem. Similiter
nec Rex paganus Lytaonia, novem habens
filios, ut sermo militantis Regi Kragowice me
educuit.

Adhuc annum
Vide Vitam Car. IV. Imperatoris a se ipso scriptam
in Collect. Trehan fol. 104. et Hist. Ed. Raynaldi.